

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Vitae Christi pars secunda - Cod. Aug. perg. 23

[Reichenau ?], [15. Jh.]


Capitulum XLVIII

[urn:nbn:de:bsz:31-41582](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-41582)

parando autem ueniat sponus uos ad hoc subito uocando quia nescitis diem neque horam mortis uel iudicii et etiam mortis uere dubie sollicitate testimonium bone conscientie nobis preparemus ne si iudex nos inueniat in paratos aut fatuos uirginibus foris remaneamus. Singulorum enim discutientur actus accusante uel excusante consciencia uniusquisque unde Iero. Et hoc autem quod in seculo uigilate itaque quia nescitis diem neque horam intelligimus uniuersa que dicta sunt esse premissa ut quia ignoramus iudicii diem sollicitate nobis lumen bonorum operum preparemus uigilia enim opus est mentis ante mortem corporis ut autem dicit augustinus non solum illius ultimi temporis quo uenturus est sponus sed et sue quisque dormitionis diem et horam nescit. Quisquis autem paratus est usque ad mortem que omnibus debetur paratus inuenietur etiam cum illa uox media nocte sonauerit quia omnes euigilaturi sumus itaque ut dicit Crisostomus reuocemus ad memoriam eorum quod de uirginibus refertur que excluduntur a thalamo sponsi propter olei defectum ponamus nos metipos in illis que excluduntur et inde qui dolor que pena sit si cogitemus posse etiam nos eadem parati cum negligimus. Est ne aliquis ita lapideus qui hoc exemplo non moueatur et timeat ne similia incurrat hec Crisostomus. **F**igitur uigilemus et opera lucis agentes in uigilia huius uite ornemus lampades nostras et operari ut habentes oleum ac gloriam et gaudium in conscientis nostris parati intremus cum sponso ad nuptias regni celestis unde dicit huius Crisostomus quod iudei exierunt de egypto expediti et panem agni uisum sunt manducare et ad deum parati ostendentes nobis quoniam quicumque uiri agni eucaristiam manducant ita debent esse expediti qui cotidie exierunt de mundo. Ad hoc ergo intendit parabola ut ad futura oculos cordis apertis mala euadamus deserendo culpas bona promereamur fecerando iustitiam et cum omni

diligentia cotidie expectemus dominum aduentum cuius nescimus diem neque horam ubi gregorius quia post etiam deus primas suscipit si sciret quisque de peccato seculo quo tempore exiret aliud tempus uoluptatibus atque aliud tempus apte re potuisset. Sed qui penitenti ueniam spondet peccanti diem castitiam non promissit semper ergo extremum diem debemus metuere quem nunquam possumus prouidere. Illa hora est enim exitus semper intuenda ista redemptoris admonitio ante mentis oculos semper ponenda quia autem uigilate itaque quia nescitis diem neque horam hec gregorius. Illi ergo qui expectant ut in ultima hora conuertantur falli possunt qui uero in bono perseverant falli non possunt. **D**is enim homo in eo iudicatur in quo inuenitur et ergo nunquam nisi in bono iudicatur qui semper in bono inueniuntur. **F**igitur autem richardus debet etiam perfecta et assidue summorum contemplatori dedita omni hora peregrinationis sue terminum et exgastuli huius egressum cum summo desiderio expectare et ad illud diuine contemplationis spectaculum quod in futura uitae speramus animum suum suspendere et in cuiusmodi expectatione uehementi desiderio ambulare ut id quod interim uidet per speculum et in enigmate mereatur. **F**acite ad faciem uidere. **O**ratio

Domine ihesu xpe sponse bone da mihi cum prudentibus uirginibus bona opera et intentione recta facere ac in eis uigilanter perseverare ut paratus inuentus ad nuptias tuas ualeam gaudere. **I**nterare. **P**eto domine ut notum facias michi finem meum autem ueniat et ne me ante finem suam quare peccata mea dimittas et ut in hora exitus mei uisio diuina super me non ueniat et peccata tenebrarum michi non occurrant nec noceat si talem me dies examinationis reddat qualem me sponsus regni uisio exhibuit. **D**e talentis et bonis a domino suis suis traditis. **O**lyo. **C**apitulum



Demum subiungit secundam
parabolam de talentis que
specialiter pertinet ad pla-
tos quia licet omnes maxime
tamen prelatos inducat ut
vigilantes gratias et donis a deo receptis
utantur ad dei gloriam ad sui perfectos et per
edificatos et fructum afferant exemplo suorum
qui de talentis lucrati sunt et a domino ueni-
erunt remunerati nec abscondunt in terra uel
sudario pedis utendo ad mundi gloriam uel ter-
rele lucrum seu carnale comodum ne ut suus
piger et torpens disponatur ac foras extra
conuentum sanctorum in tenebris peccatorum
et infernales eruantur. Et primo circa statu
platorum specialiter et nichilominus alioz
describit meritum et demeritum propter ac-
tionis seu iudicium distinxit. Ideo inquit dico
ut uigiletis bene faciendo et in bonis per-
seuerando quia nescitis diem aduentus filii
si et iudicis sicut hominis peregrini proficiscentis
incertus est reditus suus. Sponsus in-
peditus sicut homo peregrini proficiscentis sine
corpore seu ad celestem patriam carnem uiam
portans peregrinatio eius fuit celum carni
uel quia a nobis non uidetur in presenti tradi-
dit suus bonis sua seu quinqz talenta duo et
vnum ad fructificandum vnicuique secundum propriam
uirtutem seu susceptuam ne quod grauaret nec
cuius deficeret. Et est argumentum inde quod deo
non precepit impossibile. Et profectus est statu
liberata eis potestatem operandi permittens.

Alii autem per affectum uoluntatis qui quinqz
talenta accepit. id est donum quinqz sensuum
et exteriorum scilicet quinqz sensibus acquisi-
ta et operatus est in eis per exercitum experi-
entis operis et lucratus est alia quinqz quia me-
rita sua multiplicauit ex creaturis creato-
rem ex corporalibus spiritualia et ex temporalibus
eterna cognoscentis. fructum edificationis in
peris faciens. Similiter qui duo accepit
seu intellectum scripturarum et operatus lu-

cratus est alia duo scilicet bonum sapientie
a se diffundendo in proximum per uerbum pre-
dicationis et bonum operis per exemplum edi-
ficationis. Qui autem unum accepit seu solam in-
tellectuam scripturarum abiens fudit in tra-
ditum terre terrene uoluntatis et carnalis ac-
tionis et abscondit petuam domum sui sine
edificatione. Nam secundum Gregorium talentum in ter-
ra abscondere est acceptum ingenium in
terrenis actibus implicare et non lucrum
spirituale querere. In his ergo tribus seruis
signantur omnia genera hominum quibus co-
petit negotiatio actiue seu imperfecte et mali-
perfecti quia pluribus indigent designat
in illo qui accepit quinqz. Perfecti in illo qui
accepit duo. Mali in illo qui accepit unum.

Illi autem duplicant talenta qui ex eis faciunt
opera bona illi uero abscondunt qui otiose
uiuunt uel ex eis temporalia tantum lucra querunt.

Demum circa predicta ponitur examina-
tionis iudicium cum dicitur post multum uero
tempore scilicet in fine aduentu uenit dominus suorum
illorum requirens a singulis de omnino me-
ritis exquirens merita et exigens quod tibi
didit cum usura. Quid quisque accepit con-
siderat et quod lucrum de acceptis reportet pe-
sat. Et attendens qui quinqz talenta accepit
i. sperans se et confidens de reddenda mercede
obtulit alia quinqz talenta et qui duo acce-
perat obtulit alia duo multiplicata enim
talenta sunt multiplicata merita que of-
feruntur tunc a deo acceptantur obtulit in-
quid dicens domine quinqz uel duo talenta tradidi-
sti michi confiteor gratias et totum ei depu-
tat quia ab ipso accepit esse alia quinqz uel
duo super lucratus sum. id est multiplicata se-
merita ex gratia tua tunc usu liberi ar-
bitrii. Et ait illi utriusque dominus eius. Euge quod
est iniectio gaudentis. id est secundum Christum bonum
sit tibi serue per proprias humilitatis quo-
ad te ipsum bone per diuinam assimilatus
quo ad deum et fidelis per utilem dis-

/ pfecti

penitencor quo ad proximum uel bone et iustus
querens in actibus suis gloriam domini non
suas quia semper in parca fuisse fidelis sit
super bona uite putas super multa te constitua
se bona uite scriptis de quibus in ps dicitur
quod magna multitudo dulcedinis tue domine
quas abscondisti timentibus te unde Cris-
pauca sunt que in hoc seculo nobis proutur
multa que in illo fuerunt. Et Iero. Omnia
que in patria habemus licet magna uideantur
et plurima tamen comparate futurorum par-
ua et pauca sunt. Inter in gaudium domi-
ni tui et suscipe que nec oculis uidit nec au-
ris audiuit nec in cor hominis ascenderunt.
Et bene dicit inter ut sit ex di parte gaudi-
um sursum ex uisione dei deorsum ex con-
sideratione inferni interius ex gloria ostie
exterius ex decore orbis creature. **A**ccedes
autem qui unum talentum acceperat ait do-
mine scio quia homo durus es grauis pu-
niens delinquentes metis ubi non seminasti
et congregas ubi non sparsisti. **S**eminat
deus notitiam in perditione ueritatis spar-
gat uirtutes in exemplis bonitatis ergo
ubi semen legis uel euangelii non misit
ut colligit ubi bonitatis exempla in pri-
uatis uel noui testamenti non sparsit.
In platis et eccie non solum requirit bona in
persona propria sed etiam in aliena sed in subdi-
tis corp quia eorum officium est alios et magis
subditos inducere ad bonum. Et timens se
aggredi aliorum uite statum ne ipse perici-
taret querens salutem aliorum abscondit ta-
lentum tuum in terra hoc est non sum usus
notitia michi data pro eterna sed pro eter-
na ete habes quod tuum est si diceret suffi-
michi quod tenui quod habui nec alius misit
ut. **I**ste timor seru pignus non est nisi pusil-
lanimitas bene agendi ut ait dicit. **I**nter-
et si talentum non perdidit restat est
dampni sicut qui cum seminandi seme ac-
cipiens tempore seminandi non seminauit do-

mino suo dampnum fecit et i. seme non perdidit.
quod potest lucrum facere si oportuno
tempore seminasset. **R**espondens autem dicit dicit
et. **S**erue male propter culpam respectu domini
et propter in multiplicatione respectu pro-
bas quia meto ubi non semino multo magis
ubi semino et congrego ubi non sparsi multo
magis ubi sparsi. **Q**uasi diceret pro obmis-
sione ueritatis et uirtutum iudico illos quod
non perdidit nec exemplum bonitatis pro-
sui ergo multo magis te cui talentum noticie
mee ad negociandum commisi et ex hoc te ar-
tuso quo te excusas. **O**portuit ergo ad tui
meritum ad aliorum comodum te pecunia
mea et simoz uel legem dare gratis ad me-
faz et ad aliorum refector eternaz et co-
mittere in mulieribus et auditoribus qui quod
audiunt operantur uel potius doce alios quod
postea alijs ministrarent et ego ueniens ad
discutiendum merita recepissem quod meum
est cum usura et te et ipsos quos michi ac-
quisiuisset hec enim est usura spiritualis scilicet lucra-
tium que maxime placet deo. **T**ollite
itaque ab eo talentum et domini sibi traditum
se naturalis ingenij uel noticie et loquitur
pmissiue quia dominus auferri permittit intel-
ligentiaz uel per uicia uel per demones quod
homo infatuatur in eligendo malum uel in-
famatur pro scientie abusu uel non rapit
mercedem sed penam quia bona diuinitus col-
lata non cedet male operantibus uel otiosis
ad gloriam sed magis ad confusionem et date
ei qui habet decem talenta quia dampnato
reproborum cedet ad gloriam electorum sed
id letabitur iustus cum uiderit uindictam
ex quo patet quod non permittit deus fieri malu
nisi inde eluceat aliquod bonum. **F**ussit autem po-
tius dare illi qui habebat decem quam illi qui
habebat quatuor quia minus habuit quod
quod accepit quam qui duo per quod enim
signatur exteriorum scilicet scilicet quod sensu
sed per duo operatio et intellectus optant

I ergo illi qui habuit exteriorum scientiam
et administratos dari intellectum interio-
rum qui per unum intelligit talentum omni-
um habenti et bene utenti dabitur meriti-
tum eius quod habet et habundabit hinc in-
sollicitudinem ministrandi uerbum dei da-
bitur gratia et habundabit in efficacia doc-
trina. Item habenti caritatem dabitur aug-
mentum caritatis et habundabit usque ad per-
fectum. Item habenti meritum dabitur premium
et habundabit quia remunerabitur supra
condignum. Augetur enim gratia ei qui labo-
rat in ea nam laborando meretur augetur et
ei qui reperitur in gratia dabitur gloria et
habundabit non solum de sua et aliorum glori-
ficatione sed etiam de implecione iusticie in ma-
lorum reprobacione. Ab eo autem qui non habet
studium uel caritatem et bonum domi colla-
ti usum et quod uidetur nali habere in geio
uel studio literarum ac domi sibi collatum au-
feretur. Item ei qui non habet fidem ut uidet
non credenti et quod uidetur habere scilicet legis
scilicet auferetur ab eo. Unde autem dicit augustinus
res que dando non deficiat si habetur et non
datur. Item ei qui in morte non inuentus fuit
in gratia bona nature et gratie cedent ei ad
penas. Et autem et ceteri non habetur quomodo
habenda est. Et ut idem dicit dare habenti fuit
nunc auferri non habenti iusticie. Prudenter
ergo et fideliter laborantem ac boni usum in
dei munere habentem ampliori gratia dominus
donat et omnia sectantem ac munere dei non
bene utentem eo quod dederat priuat. Unde dicit
augustinus quod quisquis caritatem habet etiam alia
dona percipit quisquis caritatem non habet
etiam dona que percipisse uidebatur amittit.
Deinde inutilem seruum talento priuatum
iubet mitti in tenebris exteriores et corpo-
rales quia ut ait seruo dominus lumen est qui ab
seforas mittitur caret lumine. Exteriores
tenebre sunt mala corporis interiores sunt
mala anime unde gregorius. Interiores tenebre se-

recitas mentis exteriores eterna uox dap-
nationis qui ergo hic sponte cecidit in ceci-
tatem mentis illic prociatur in nocte dap-
nationis unde et rabanus. De pena in ex-
teriores tenebras cadit qui per culpas suas
sponte in interiores cecidit. Ibi coactus pati
tenebras uiciorum qui hic libere sustinuit tene-
bras uoluptatis hec rabanus. Ibi erit fletus
proueniens ex fumo caloris et stridor denarii
id est dolor mentis et corporis et ad ista reducit
omnis pena infernalis. Ecce quia non solum
qui mala operatur sed et qui bona non facit ul-
tima pena punitur. Possunt etiam per quatuor
talenta intelligi bona nature bona gratie
bona scientie bona potencie et bona opulen-
tie et dicuntur talenta quia per boni usum
talium potest homo sibi acquirere celeste premium.
Et aliqui habent omnia ista a deo sibi collata
alii plura istorum alii unum tantum. Aliqui etiam
sunt qui ista talenta multiplicauerunt et genu-
erunt bene utendo predictis ad sui profectum et per
edificatos alii abscondunt in terra qui uti-
tur ad mundi gloriam et lucra temporalia. De
eodemque lucas ponit parabolas de homine
nobili scilicet christo qui non solum diuinitate unum
etiam secundum humanitatem ex nobili genere
ortus est quia secundum diuinitate dei patris et secundum
humanitatem dauid regis filius qui abijt
in regnum longinque ascendens in celum em-
pircum accipere sibi regnum super ordines an-
gelorum ac reuereti se ad iudicium generale in
fine mundi et etiam ad iudicium particulare
in cuiuslibet hominis morte et prius quia
illuc ascenderet uocatis per electos gratias de-
cem propter decalogi obseruanciam seruus propter obe-
dientiam omnimodam uel decem suis suis id est christi
amis et fidelibus uniuersis quorum uniuersis
sitis nunc denario designatur propter profectum
denarii dedit illis gratis. Omnes id est talenta
sui libans scilicet decalogi intellectum ad negocium
dum donec ueniat ad iudicium quas ueniens
exiget cum usura et exarsentia. Secundo

Anno dñi mccc

Parv

Capitulum xliii

becam mna decem denariis appropinquatur
 decem ergo mna centum denariis. i. decem
 libras faciunt qui nra perfectos designat et
 facit septuaginta sermo quia vite celestis perfectos
 suggerit qñ nra centum denariis ponderat fulgurat
 vel per decem mna intelligitur universi-
 sitas donorum dei propter perfectos ipsius donati
 virtutibus ergo nobis deus aliqua dona ad
 negociandum ut multiplicentur p̄ fructus
 honorum opm quia tpe meriti tunc usq; ad
 iudicium de quibus querit lucrum merito-
 rum reddatur cumulum p̄ meritū hoc pro-
 fecto negotium ut ait greg. Tunc ue nos agi-
 si viuendo et loqdo p̄ meritū aias lucrum
 si infirmos quosq; celestis regni gaudia pre-
 dicando in superno amore roboramus si pro-
 terius ac timidos gehenne supplicia terribi-
 liter insano flectimus si nulli contra ue-
 ritatem partimus si superius amicitias dedi-
 ti humanas inimicitias non timeamus hec
 greg. **Q**uia quippe est id quod ex mutuo
 ultra sortem accipitur. Et certe dominus
 dando nobis pecuniaz sue gratie et doctrine
 erigit eas cum usuris et exarcentia. p̄mo
 ut cum tribuit doctrinam fidei ad credendum
 erigit ut quod credis ore confitearis fouet
 quod confitearis ope compleas tertio ut ex
 auditis in lege domini meditando et legendo
 et orando etiam alia intelligas quarto ut
 q̄ compleueris docere non cesses. **D**ns em̄
 paribus denarius vite fundatur eterne.
 Unde greg. Inquit uos profecisse pen-
 satis etiam alios trahere uobiscum fatigat-
 te. In uia dei habere socios desiderate et si
 ad deum tenditis curate ne ad eū soli ue-
 niat hinc em̄ scriptum est. Qui audit di-
 cat ueni ut qui in corde uocem supm a-
 moris suscepit foras etiam p̄ris uocē exhor-
 tatoris reddat hec greg. **A**cceptio autē regni
 dominus suorum illoū rediens iussit eos

uocari ad se ut sciret quanto quis negociatus
 esset. Et cum p̄mis ueniens cum mna sua
 alias decem et alē cum mna sua alias qñq;
 acquisitas obtulisset congratulans eis dñs
 dixit. **P**rimo eris p̄tate habens sup. v. ciuita-
 tes alter vō et tu esto sup. qñq; ciuitates. i.
 gaudebis s̄ tu utiq; de fidelitate omnium
 qui per tuaz doctrinam uel uite tue exēplū
 conuersi sunt ad bonum. **S**ecus autē bonis
 mna suas cum lucro reportantibus piger
 fuit mna suam sine lucro obtulit quam
 in sudario ligatā habuit quia mollior et de-
 licate uiuendo doctrinā commissā enūciat
 ac gratias sibi datam in hac carne labori-
 bus et fatigatōibus tradita torpescere per-
 misit et percepta dona sub ocio corporis et
 ignaue abscondit et sic ipsam mna sine
 opibus tamq̄ mortuam et sepultam in su-
 dario habuit. **S**udariū em̄ est p̄anus in
 quo inuoluuntur corpora mortuorum et
 ideo mna in sudario repōita significat donū dī
 a bonis opib; otiosum tamq̄ mortuum. **I**llus
 ergo qui de donis suis bene opando lucrum
 fecerunt cōmendatis a domino et renuncia-
 tis pigrum qui in bonis opibus torpendo
 mnam suam in sudario ligauit reprobat dñs
 et dampnat uaiō tamen modo secundum
 p̄tatem meriti uel dilei quia gradus sunt
 et in gaudiis et in tormentis. **H**ic homo pe-
 regre profectus s̄ p̄tē ad patrem ascendens
 s̄m arctum reliq; corporalis domū suam
 i. caritā quam tamen nūq; diuine p̄tate p̄sido
 desinit et dedit suis suis potestatem cuius-
 q; opib; quia datus fidelibus octo talenta s̄m
 mattheum et x. mna s̄m lucas tribuit eis
 facultatem insistendi opibus bonis dimit-
 tens eos agere s̄m libertatem sue volunta-
 tis. **E**t iam totū que dicit in domū celi p̄cepit
 uigilare s̄ qui p̄dicat et p̄c est cui dicitur.
Et non anūciaueris iniquo iniquitatem

uam sapiem eius de manu tua requirat in
 Beda Sancto autem precepit ut uigilaret: et quia
 ordini commisit sibi etiam curam iubet impen-
 dere. Non solum autem ceteros ecclesie sed omnes uigi-
 lare precepit ianuam cordium custodientes
 ne antiqui hostis mala suggestio intreat ne
 nos dominus dormientes inueniat hec Beda
 Sancto etiam est ratio que debet esse uigil ad
 claudendum ostium consensus dyabolo et ad
 apertendum christo qui ad ostium pulsant quoniam ad
 bonum nos inuitat. Negociemur ergo fideliter
 de bonis nature gratie et fortune nobis datis
 quia de omnibus malis reddimus fugiamus
 pigritiam quia piger locus dyabolo parat
 et otiosus quasi puluinar est dyaboli in quo req-
 uiescit. Omnibus quoque modis quibus possumus
 nos metipos emendando uel alios adiuuando
 talentum dominicum erogare et erogando multi-
 plicare studeamus utpote de quo in districto
 iudicio rationis reddituri sumus. Nec se ali-
 quis ab hac negotiorum excusare potest quia nullus
 est qui talentum non accepit. Unde gregorius
 Sciendum uero est quod nullus pigre ab hac ta-
 lenti acceptatione securus est. Nullus namque
 est qui ueraciter dicat talentum minime
 accepit non est unde rationis ponere cogat. Tale-
 ti enim nomine cuiuslibet pauperi etiam hoc ipsum
 reputabitur quod uel minimum accepit. Alius nam-
 que accepit intelligentie donum predicacionis mis-
 terium debet esse ex talento. Alius terrenam sub-
 stantiam accepit erogacionis talenti debet ex re-
 bus. Alius didicit artem qua pasatur ipsa ars
 ei in talenti acceptatione reputabitur. Alius fa-
 miliaritatis locum apud diuitem meruit tale-
 tum profecto familiaritatis accepit. Quis igitur
 intellectum curat dno ne taceat habens rerum
 affluentiam uigilet ne a misere largitate corpe-
 scat. Habens artem qua regitur magno opere
 studeat ut usum atque utilitatem illius cum
 proprio parciatur. Quod de locum apud diuitem
 habens pro pauperibus intercedat. Tantum

quippe ab uno quod nomen uenturus uidet cogit
 quantum dedit. Consideremus ergo que accepit
 atque in eorum erogacione uigilemus. Nulla
 nos ab spirituali opere terrena cura impediatur ne
 si in terra talentum absconditur talentum dominicum
 ad uitandam prouocetur. Unde et augustinus
 quisque quod habet prestat alii quod plus habet
 largiatur inopi. Alius habet primas pascat
 pauperem uestiat nudum edificet etiam ope-
 retur de pecunia quod quod boni pro. Alius habet co-
 silium regat prope pellat tenebras dubita-
 tionis luce pectoris. Alius habet doctrinam ex-
 get de tellario domini ministris confusus a-
 bacia confortet fideles reuocet errantes quare
 perditos quantum pro faciat. Est quod sibi erogat
 etiam pauperes. Alius claudat pedes accomodat
 alius ceco suos oculos dices prebeat alius in-
 firmum alius sepeliat mortuum. Sunt
 ista in omnibus ut presus difficile inueniatur
 aliquis qui non habeat unde aliquid alii prestat
 Et illud exortum et magnum quod ait apostolus inueni
 onem uiam portate et sic ad implebitis legem.
 Unde et crisostomus. Omnia miseramus ad priorum
 utilitatem talenta enim hec sunt. uisusque
 uirtus siue in primencia siue in pecunia siue
 in doctrina siue in qualitate tali negotio nul-
 lus dicat quoniam unum talentum habeo et non
 possum facere. Dotes et per unum approbatus
 esse non enim es uidua illa pauperior non es
 petro et iohanne rusticior qui et uirtute et
 illorum fuerunt si tamen quoniam desiderium monstrauerunt
 et ad eorum utilitatem omnia fecerunt celos
 apprehenderunt. Nichil enim est ita deo amicum
 sicut ad communem utilitatem uiuere propter hoc
 simonem nobis dedit deus et manus et pedes
 et corporis uirtute et intellectum et sensum
 ut omnibus his et ad nostram ipsorum salutem
 et ad proximorum utilitatem utamur. Non
 opus est multis hic nobis sermonibus neque
 longa circuitione. Instat enim beatus paulus
 uariocinium ferens et dicens cupio dissolu-

Et est cum ipso quod melius est manere autem
in carne magis uicium est propter uos et ei quod
ad christum erat discessio ipse pro edificatio-
ne hoc enim maxime est esse cum ipso uolun-
tatem eius facere voluntas autem eius nichil
ita est sicut quod expedit pro. Si enim in se-
cularibus nullus sibi ipse uiuit sed et artifex
et miles et agricola et negotiator ad id quod
conter expedit sunt et quod primo prodest
conficiunt uniuersi multo magis in spirituali-
bus hoc oportet facere hoc enim maxime est
uiuere. Qui sibi ipse uiuit solum et omnes
despicit superfluus est et neque homo neque ge-
neris nisi heret. **¶** Sed potest uidetur quod
aliquis fidelis in caritate manens qui absque
suo scandalo utilis est uel esse potest propter quod ad
uitam eternam peccat mortaliter si se trans-
fert ad heremum uel monasterium ubi alios
non instruit uerbo uel exemplo nec curam
quam possit et deberet circa propter quod
ita abscondit talentum et est sicut piger.
De infirmis enim non loquimur qui de facti san-
dalizantur quia eis est tutum fugere cosse-
cium prauorum et laqueos dyaboli. Sed eos
uidetur quia praeualent actus contemplatiua.
Dominus enim dicit marthe inuicem optima
partem elegeris que non auferretur ab ea.
Hieronymus in pluribus locis epistolam
suam usque ad eo profert actus contemplatiua
ut uiuos religiosos et multas utiles uocet ad
heremum quod nichil in mundo agerent habi-
to respectu ad uitam monachorum et anacho-
ritarum. In his ergo uicium uidetur ut quis-
que uires suas consideret et ad quod opus ipse
sit aptior penset. Si enim ad contemplatiua
sit abilior et ad orandum deuotior tunc se
transfert ad heremum oraturus pro se et
aliis. Et ita plus proderit eis in heremo pro-
pter quod orando quam in mundo eis predicando nec
abscondit pecuniam domini sui in terra si in
domino licet non predicet quia talentum ora-

tionis et deuotionis in quo amplius ualere
et meliorem se sentit omnibus erogat nec
piger dici debet qui totus in sancta deuotione
et oratione ieiuniis uigiliis et fletu est de-
runtamen si quis uideret gregem sibi commissum
periculum minime et nullum idoneum in
curam gregis sibi successurum periculum esse
gregem deserere et ad heremum se transferre
licet ab illo ad orandum sit dummodo de suo
scandalo non presumat. **¶** Relatus quidem quod
idoneus est ad predicandum et plures in ser-
uitate ac sibi et aliis in tali officio utilis est ta-
lis fraternam caritatem non obseruaret si plura
sibi commissum et se ad heremum transferret
cum uiciorum in agro predicandi quam in heremo
esse possit. In his uero quoniam in caritate
manentem pro sanctus intus docebit quod ei
melius faciendum sit et sollicita cura heret in-
quisitoris quo non satisfacet. **Oratio**

Domine ihesu xpe qui nobis tua
dona misericorditer tradidisti mo-
ues ut uigilantes et solliciti agentes uos eis fructus
afferamus da mihi in digno seruo tuo de do-
nis a te receptis uigilantem negotiari et ca-
pere fructus bonorum operum multiplicare
eis ad tuam gloriam propter quod edificatos et me-
propter quod sic bene uti ut cum fructus tuis bonis
et fidelibus merear remunerari ac te ui-
bente mirare in gaudium felicitatis eternae
et suscipere que praeparasti diligentibus te ihesu
sone. **De uelate aree et exmo iudicio**

Dextremo ponit tertiam para-
bolam que pertinet ad actiuos
quorum est se exercere in acti-
bus misericordie pro quorum
exercitio uigilantes in talibus emu-
nerabuntur descendentes autem a tali-
bus condeperabuntur et describit uen-
tilatoris aree que fiet in extremo iudic-
at modum diuini iudicij. De hoc euang-
dicit aug- si quis esset qui de tota faceret